

EGO MARTINVS PESSERIVS[†] ab Hasdacl.

per DEI gratiam Presbiter Metropolitane Ecclesie PRAGENSIS. VNIVERSIS et singulis presentes Visuris, sceleris pariter et legi audituris, notum facio et manifestum. QVOD cum Nobilis et Magnus Vir Dominus FLORIANVS de LVGO, cuius laudabilis virtus ac pietas alias etiam satis innotuit, suam erga SANCTOS CHRISTI MARTYRES, eorumque venerandas corporum RELIQUIAS animi deuotionem religiosumque zelum apud me abunde declarasset, nonnullarum quas apud me ex hac cognouerat RELIQUIARVM sese participem fieri multis precibus ardentissime postulauit. Ut eas hinc, non secus ac olim ex Aegyptiaca seruitute redeuntes Israhelita Patriarche' Ioseph oſa. seu RELIQUIAS, singulari reuerentia et cultu per disiectum in terram repromissionis transulerunt ipse in Hispaniam, natale solum, rediturus, religioso quoque, transportaret: Sancte insuper promittens, sese daturum operam, ut coloco, ubi perpetuum debiti cultus et reuerentie sint future monumentum, honorifice collocentur et conseruentur. Cuius quidem p̄s ac religiosi votis non modo non denegandum quidpiam, Verum etiam omnibus quibus potissimum possem, modis satisfaciendum mihi esse putauit. QVA PROPTER OS quoddam longitudinem sp̄itane sermone exequans, de Sancto PROCOPIO, Confessore, et huius Regni Bohemie' Tatono cui quarta die mensis Iulij, sancta Mater ECCLESIA deuote annuam peragat memoriam: Quod quidem OS venerandum olim cum alijs, ut asseritur, RELIQUIIS a p̄ntissimo Principe, OTTOCARE, Bohemie' Rege' ante trecentos et viginti annos, in Monasterio Beate MARIE Virginis in Ossek, per medium Egregij Domini BORSO, dicti Monasterij Fundatoris, et vti antiqua literarum monumenta, que meis oculis conſpexi, fidem ampliorem faciunt, et reconditum et hactenus honorifice a Fratribus Cisterciensibus eiusdem Monasterij habitatoribus, asseruatum fuit, ex puro merore, charitatis Christiane zelo, ac eodem plane affectu, quo illud a predicti Monasterij Presbitero nuper mihi gratiose impartitum, acceperam, eodem Domino FLORIANO benefice quoque et liberaliter dedi atque donavi. Neutiquam dubitans, quin in eodem honore et reuerentia, quibus illud idem Dominus FLORIANVS de LVGO fide prius prestita, sancte in se recepit habendum, debite haberetur, perpetuoq; teneretur et coleretur. IN quorum fidem et euidentius testimonium, presentes literas, ad ipsius instantiam, manus propria subscriptione, et Sigilli mei appensione communiui: Datas PRAGAE Anno VIRGINEI PARTVS, Millesimo Quingentesimo Octingentesimo primo Sabbatho ante DOMINICAM in Passione. /

Martinus Pesserus
ab Hasdacl

Nos HORATIUS Marcio à Malaspina Prothonotarius et S. N. GREGORIj diuina prouidentia PP. iij sancte sedis Aplice ad Inuictissimum Principem ac S. RVDOLPHVM, secundum Romanorum Hungaria et Bohemia Regem, ac in Imperatorem Electum Nuntius, cum potestate Legati à latere Vniuersis et singulis p̄ntes literas inspecturis notum facimus. Quod Venerabilis Martinus Pesserus ab Hasdacl prescriptarum Sancti Procopij Reliquiarum Donator, fuit, et est ad p̄ntes Metropolitane Ecclesie Pragen Presbiter laudabilis conseruationis probate et indubitata fidei et fame. Quodq; p̄ntes, de tam p̄ntes testimonio et alijs ipsi Martino à fidedignis etiam personis super huiusmodi reliquijs elargitis, nobisq; exhibitis et super eorum fide et legalitate sufficienter informatis non minus atq; authenticis scripturis integra plena et indubitata fides. Sacris aut reliquijs debitus cultus, honor et reuerentia dari, tribui et exhiberi possit ac debeat, per p̄ntes, auctoritate nra declaramus. In cuius fidem p̄ntes propria

SANTA CASA
Misericórdia de Lisboa



EGO MARTINVS PESSERIVS

ARQUIVO HISTÓRICO

CULTURA

SANTA CASA
Misericórdia de Lisboa

7.
Tentamento de Religião
Dia 12 de Maio de 1700

